



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. II. Alios initio conuersionis te[n]tari, alias post conuersionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

velocitate ad culmen perfectionis cur-
runt, iisque laqueos & tentationes ten-
dit, alios vero, qui ut iumenta viunt,
penes se & in potestate sua habet, nec
opus ut illos venatum exeat. Eos enim
pulsare negligit, quos quieto iure possidere
se sentit, dicit S. Gregorius. Ideoque
non solum non mirandum nobis, si tenta-
tiones sentiamus, sed potius illas boni
signi loco habere, ut recte inuit S. Io-
annes Climachus. Nullum certius ar-
gumentum est, quod demones vici a nobis
sunt, quam si nos acerrime oppugnant. Id
enim ideo sit, quod iis rebellari, & eo-
rum teiugo & iuti substraxeris, idcirco
quod te persequitur diabolus, tibique in-
uider, quod si non esset, non tam te per-
sequeretur.

CAPUT II.

Alios initio conuersionis tentari,
alios post conuersio-
nem.

S. Gregorius notat aliquos initio con-
uersonis hoc temptationis bellum
senire incipere, dumque se recipiunt &
virtutem amplectantur. Adquæ id ap-
plicat Christi Seruatoris nostri exem-
plum, qui idem in se voluit demonstrare
& exhibere, mira quadam dispensatio-
ne, non enim permisit se a Dæmonio
tentare, nisi postquam baptizatus abiit
in desertum, ut ieunaret & oraret & pœ-
nitentia opera ficeret. Tunc dicit Eu-
angelium diabolum accessisse ut eum
tentaret. Quo (ut ait S. Gregorius)
Christus Seruator noster omnes admoti-
nos voluit, quo membra & filii eius fu-
tuti erant, dum se retrahunt & virtuti
studere volunt temptationes sensuros, val-
de enim diabolo proprium est, tunc eos
inuadere ut postquam filii Israël Ægypto
exierant; statim collegit Pharaon exerci-
tum & omnem potentiam ut illos inua-
deret, & Laban videns Iacob a se rece-
perit.

Rodriguez exercit. pars 2.

fuisse, magno cum furore & populo perse-
cutor est eum, & postquam diabolus ex *Luc. II. 26.*
homine exierat assumptis septem alios
spiritus nequiores se, ut in illum reuer-
teretur, ut ille qui exercitum conscribit
contra eum, qui illi rebellunt, ut illum
rursus subiuget. Idem & in visu est dia-
bolo, dum videt aliquem sibi refragari,
& velle iugum & dominium ipsius excu-
tere, magis lauit & crudeliorē s' mon-
strar, & maioribus vitibus in illum ruit.
Hic allegat S. Gregorius id, quod S. Mar-
cus dicit, dum Christus Seruator noster
eijceret dæmonium illud immundum, *Greg. I. 33.*
Marc. c. 18.

Et exclamans & mul-
tum discerpens eum exiit ab eo: vbi dicit
Sanctus: Ecce eum non discerpserat, cum
tenebat, exiens discerpserit: ut intelliga-
mus, illud tunc maxime conari nos tur-
bare & molestare, dum ab eo descisci-
mus.

Præterea dicit S. Gregorius, Deum *Incepentes*
permittere & velle, ut conuersionis prin-
cipio tentemur, ne quis cogitet se pro-
pterea sanctum, quod malæ vitæ valedi-
xerit, & bonæ se dederit: huiusmodi
enim cogitationes talibus surrepere fo-
lent. Etiam quod securitas negligentia
mater sit, & ne bonæ vitæ, quam adiit,
securitas illum negligentiem reddat;
permittit Deus temptationes illum inua-
dere, ut sic certior fiat, quæ illum man-
ant pericula, quo sic excitetur & ad dili-
gentiam & sollicitudinem prouocetur.

S. Ioannes Climachus ait, nouæ vitæ
nouitatem solere fastidium & onus pa-
ttere ei, qui malæ vitæ ante assuevit: & in
ipso virritus amplexu se prodit & senti-
tur contradic̄tio & vitii pugna, quod vir-
tuti repugnat ut quis rum demum sentit
se captum, dum laqueum exire conatur.
Ideoque nulli mirandum, nec animo ca-
dendum, si initio difficultates & tenta-
tiones sentit, id enim plerumque ita ac-
cidit. Addit præterea S. Gregorius, ali-
quando fieri, ut ille, qui mundum & vitia
dereliquerit, & incipit Deo seruire, talibus
vexetur temptationibus, quales nunquam

Climach. c. 6.
de discretio-
ne.

Nova vita
parit temta-
tiones.

ante conversionem erat expertus. Sed hoc nō dicit ideo accidere, quod talium temptationum radix ante in illo non erat, quæ tamen erat, sed non videbatur nec apparebat, & nunc se tandem videndi p̄t̄bet ut dum homo variis distrahitur occupationibus, s̄p̄ius se non nouit, & ne quid intus fiat, sed dum se colligit & inferedit, tunc agnoscit malas radices, quæ in mente germinabant. Similisque est carduo, qui secundum viam nascitur, & omnium præterea tūm pedibus conculcatur, qui tunc non appetit, & quamvis spinæ eius non videantur, tamen sub terra radix occultatur, quæ post non conculcata, germinat & spinas proferit. Sic & in s̄ecularibus dicit s̄p̄ius temptationum radicem occultari, nec extrinsecus videri, quod sicut carduus secundum viam satus conculcetur à transeuntibus, & cogitationum diuinitate, quæ vadunt & veniunt, & à variis occupationibus & sollicitudinibus, quibus homo implicatur. Dum vero quis ab omnibus hisce separat, & se Dei seruitio mancipat, tunc quia nullus est, qui carduum calcet, se videndum dat, & appetet, quod intus celabatur, & temptationum spinæ & punctiones sentiuntur, quæ ex mala radice germinant. Hæcque & causa est, quod aliqui maioribus & frequentioribus temptationibus impetrantur orationis tempore, quam dum officiis & occupationibus exterioribus detinentur. Sic ut si quis in Religione eas sentiat temptationes, quas ante conversionem nunquam aduerterat, non est quod iam peior sit, quam ante in mundo, sed quod tunc homo non se videt nec nouit, nunc autem malas inclinationes & inordinatos appetitus videre & nosse incipit. Ideoque conandum bonū & radix illa abscondatur, sed potius extirpetur.

*Gregorius.
Cur incipientes in principio Deus non semper permittat,*

Alios reperiri ait S. Gregorius, qui conversionis initio temptationibus nō vexantur, sed magnam pacem delectationem & consolationē sentiunt, quos tamen postea Dei temptatione probat. Quod ita à diuinā Maiestate diuine q̄ consilio decer-

nitur, ut his virtutis via aspera & difficultis non videatur, animo que cadant, & adjūtentur, quod paulo ante deseruerit. Ut factum populo Dei Israelitis, quos statim ab exitu Ægypti non induxit in terram Philistinorum, cuius & rationem sacer textus hanc allegat: *No fortepani eret eum, si vidisset adiuersum se bella coniungere, & reuertetur in Ægyptum: sed potius illum multis beneficiis prosequens est, & propter cum plurima miranda & miracula fecit.* Sed postea quā Iacob ^{littera} iam mare rubrum transierant, & erant in deserto, & redire non poterant, multis eos laboribus & temptationibus probauit, antequam promissionis terram ingredierentur. Idemq; & illis, qui mundum deserunt, sanctus dicit contingere, & Deum principio temptationes auentre, ne, quod adhuc tenelli in virtute sint, terreantur, & ad seculum redent. Suuiter cum illis Deus initio agit, & oblationes & consolationem dat, ut firmatate viæ Domini degustata, potefacilius bellum & temptationum molestias & labores ferant: idq; tanto melius, quanto plus Deum gustarunt, & re ipsa expi, quam seruiri & diligere mereatur. Ideoque Deus Dominus noster ante S. Petri in ^{littera} transfiguratione gloriæ suæ pulchritudinem & splendorem ostendit, & potea ^{littera} permisit ab ancilla tentaretur, quecum interrogabat, num Christi discipulus esset: ut temptatione humiliatus, & deplo rando peccatum & Deum amando, se sibi applicare & vtile reddere, quod in monte Thabor viderat, vtq; timor illum deicerat, diuina bonitatis dulcedo, quæ iam erat expertus, erigeret.

Hincq; (dicit S. Gregorius) elici poterit error eorum, qui Deo seruire incipiunt, qui tanta se pace & quiete frui videntes, & Deum tanta illos gratia dignari, ut in gressum in orationem largiantur, & in virtutis & mortificationis exercitio suavitatem sentiant, statim se ad perfectionem pertigisse putant, nec intelligunt puerorum blanditias & incipientium esse, quos Deus largitur, ut tandem à mundanis rebus

Radix temptationum carduo similius.

Tentatio non est signum vita male.

bis ablaſtentur. Aliquando (aīridem) abundantius Deus hæc imperfectioribus concedit, quiq[ue] in virtute tam non profeerunt, non quod tal[es] quid mereantur, sed quod plus indigeant. Eodem modo vt pater quidam, qui quamvis omnes proles tenere amat, tamen non videtur magnificare eas, qua sanæ sunt, si aliqua ægrotet; non solum medicinis curat, sed & omnes delicias & blanditiæ, quas potest, adhibet. Utque hortulanus s[ecundu]s p[ro]pius rigat & fauore profequitur plantas tenuis, posteaquam vero fortes sunt & altas egerunt radices, tigare definit & fauere cessat; eodem & regiminis modo in debilibus & parvulis & incipientibus vtitur Deus.

Dicunt præterea sancti Deum aliquando maiorem impertiri consolationem his, qui maximorum fuerunt criminum se, & videtur illos singulari fauore & beneficio prosequi, quam qui semper bene vixerunt, ne huiusmodi diffidant & desperent, alteri vero ne superbiant. Quod nobis exacte exprimitur parabolilla de filio prodigo, & lætitia, musica & gaudio, quo pater illum recepit, mactans vitulum saginatum, & magnum coniunctionum instruens, cum tamen natu maior filio, qui semper ei seruierat, nec unquam mandatum eius transgressus erat, ne haedum quidem dedisset, vt se cum amicis suis recrearet. Non enim sanis opus est medicus, sed male habentibus, vt Christus ipse ait.

CAPUT III.

Quid causa sit, quod Deus velit nos tentationes habere, & de utilitatibus & commodis inde emanantibus.

Tentat vos Dominus Deus vester, ut patiam fias, utrum diligatis eum, an non,

in toto corde & in tota anima vestra: dicit Aug. tr. 4. S. Spiritus in Deuteron In verba hæc mo- 43. sup. Ioh. uet S. Augustinus questionē, quomodo & q. 57. su- hic dicatur, quod Deus non tentat? & ali per Genesim. Iacob 1. 13. ter dicit S. Iacobus in sua Canonica: Deus Idem B. Thes. neminem tentat. Respondet duos esse ten- 1. p. q. 114. tandi modos, alterum ad decipiendum art. 2. & in peccata pertrahendum, hocque modo Deus neminem tentat, sed diabolus, cui hoc proprium est, secundum illud A- postoli S. Pauli: Ne forte tentauerit vos is, 1. Ad Thess. qui tentat. Vbi glossa dicit: Id est diabolus, 3. 1. cuius officium est tentare. Alius tentandi modus est ad probandum, & alicuius periculum faciendum: hocque modo dicit hic S. Scriptura Deum nos tentare & probare. Et vigesimo secundo capite Genesis dicit: Tentauit Deus Abraham, id est probauit. Vnam atque alteram temptationem immittit Deus, vt vires nostras nosca- mus, & sciamus, quantum Deum ame- mus & timeamus. Ideoque statim Abra- ham dixit Deus, dum gladio manum ad- mouisset, vt filium sacrificaret: Nunc co- Gen. 22. 1. & gnoui, quod times Deum. Id est, feci te cognoscere. Vt sanctus Augustinus exponit. Tali Aug. q. 59. modo, vt Deus alias suas manus nobis super Gene- immittat tentationes, alias diaboli, sis. carnis & mundi, inimicorum nostrorum medio aduenire sinat.

Sed quid causa subest, quod velit Do- Tentatio vti- minus noster nos tentationes habere? lla. sanctus Gregorius, Cassianus & alii clare hanc questionem tractant, & primo dicunt, vtile nobis esse tentatos & tribula- tos esse, & subinde Deum à nobis ma- num suam substrahere; nisi enim hoc fie- ret, non Deum rogarer. Propheta: Non Psal. 118. 8. me derelinquas usque queque. Verum tamen quia exacte ei constabat, Deum subinde seruos suos relinquere, & manum & auxiliū ad maius eorum bonum & commo- dum auferre; à Deo petit non vt illum nunquam deserat, nec manum auferat, sed ne plane illum deserat. Et Psalmo vigesimo sexto ait: Ne declines in ira à ser- psal. 26. 9. no tuo. Non petit vt Deus illum nunquam & nullo modo deserat, sed ne de- clinet ab eo in ira, ne illum tam diu deferat,